- **B. Quæ eſt partium**
  - 1. Ὀνειδιστικὴ, v. 14. Exprobrationis
    - 1. Ἀφορμὴ & occaſio innuitur particula diſtributiva ὕστερον (qua ad præcedentem de Reſurrectione Chriſti Relationem geminam Evangeliſta reſpicit, deſcriptam v. 9. ad 14.) v. 14.
    - 2. Μορφὴ conſtat
      - 1. Expoſitione REI reprehenſæ. Ut fuit deteſtanda Diſcipulorum ———
        - 1. Ἀπιστία, v. 14.
        - 2. Σκληροκαρδία, ceu cauſa Mali, ibid.
      - 2. Reſtrictione ad certam Incredulitatis ſpeciem: quod nim. Hus (teſtib. de quibus paulò antè) qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum, non &c. v. 14.
  - 2. Προστακτικὴ Utablegatio ad prædicandum, v. 15. Annotatur autem Prædicationis,
    - 1. Locus: Mundus univerſus, v. 15.
    - 2. Materia circa quam: h. e. Objectum
      - 1. REI: Evangelium (præſupponitur autem Doctrina Legis, nec excluditur Sacramentorum adminiſtratio) v. 15.
      - 2. Perſona: Omnis Creatura ſeu Homo κατ᾽ ἐξοχὴν creatura dictus, ibid.
    - 3. Eventus ſeu Finis, tùm
      - 1. Proprius: Salus credentium & Baptizatorum; v. 16.
      - 2. Accidentalis: Condemnatio Incredulorum, ibid.
    - 4. Confirmatio per Signa miraculoſa, quæ ordine recenſentur, v. 17. Ubi diligentem cumprimis obſervationem meretur, quod Chriſtus dicit: Credentes Ea editura eſſe οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ (Act. 3, 12.) ἀλλ᾽ ἐν τῷ ὀνόματί μου &c.

VI. poſt Paſcha: Exaudi Joh. 15, 26. 27. & 16, 1——4.

- **Chriſtus agit hoc loco περὶ ἑπτεῶς, &**
  - 1. De Teſtimonio ſuo ſibi tempore perhibendo: quod futurum ſit tùm
    - 1. Divinum. Teſtem enim fore primarium, Paracletum illum, quem Ego, inquit, mittam vobis à Patre: hoc eſt, Spiritum illum Veritatis, qui à Patre procedit, v. 26.
    - 2. Humanum, ratum tamen & idoneum: quia à conſcijs ipſis proficiſcendum Apoſtolis, v. 27.
  - 2. De adverſa Diſcipulorum ſuorũ fortuna. Partes vaticinij ſunt quatuor:
    - 1. Exordium Docilitatis. Cauſam enim ſeqq. prædictionis finalem primò omnium indicat, v. 1.
    - 2. Propoſitio διηγηματικὴ ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς &c. v. 2.
    - 3. Confirmatio, v. 3.
    - 4. Refutatio. Repetitione namq; ab initio poſitæ Docilitatis, cum expoſitione præmiſſa, tacitam Objectionem quod Suis iſthæc ἐξ ἀρχῆς non dixerit, diluit, ducta à non neceſſario Argumento, v. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375805311/29 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG